

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Mandatum a
cum fonte primo

Si quid uel addas uel detrahas,
preuaricatio uidetur esse quedam
mandati. Simplex enim et pura
mandati forma tenenda
est, uel testimonii series intimanda.

Nichil igitur quod bonum uidetur
addendum est.

Augustinus in libro de paradiso.

si quid enim uel addas uel detrahas,
praeuaricatio quaedam uidetur esse
mandati. pura enim et simplex
mandati forma seruanda
uel testimonii series intimanda est.

plerumque testis dum aliquid ad seriem
gestorum ex suo adicit, totam testimonii
fidem partis mendacio decolorat.

nihil igitur uel quod bonum uidetur
addendum est.

Ambrosius Mediolanensis, *De paradiso*,
12, 56 (CSEL 32.1, C. Schenkl ed.,
p.315, ll.4-10).